



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

V. Erzbischof Albrecht von Magdeburg bestätigt dem Kloster Lehnin, das er in seinen Schutz nimmt, dessen Besitzungen und Freiheiten, im Jahre 1207.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

exaudiamus. Ad petitionem igitur domini marchionis Brand. et instantiam ipsius capellani Burchardi sacerdotis de Nydicem, fundum solummodo molendini jacentem infra centum mansos in Zucha, quos marchio Otto Brand. pro anima uxoris sue Juditte, marchionisse, ecclesie nostre contulit, ipsi prefato Burchardo et filio ejus Hildebrando prestito prius nobis ab eis hominio in beneficio gratis concessimus, sub ea determinatione, ut si Burchardus alios filios genuerit preter eum, quem nunc habet, ad ipsos beneficium non transeat, sed si predictus filius ejus heredem habuerit, ad ipsum solum hereditas sub tributo duorum modiorum majoris mensure siliginis sine beneficio devolvatur. Ut autem hujus pacti initi memoria presentibus et futuris temporibus oblivioni non tradatur, sigillo domini marchionis et ecclesie nostre sigillo communire necessarium duximus.

Aus Jeffers Abschrift des im Besitze der Golzowschen Guts Herrschaft befindlichen Originales. Vergleiche diesen Cod. I. Hauptth. 8. Bd., S. 121. No. XXXII.

V. Erzbischof Albrecht von Magdeburg bestätigt dem Kloster Lehnin, das er in seinen Schutz nimmt, dessen Besitzungen und Freiheiten, im Jahre 1207.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albertus, diuina fauente clementia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus — monasterium in lenin — — in nostram specialem defensionem recepimus et tutelam, ideoque bona ipsius monasterii quecunque possidet — presenti priuilegio duximus exprimenda, que uel ex largitione illustrium marchionum primi uidelicet Ottonis fundatoris et filiorum eius ottonis et alberti uel a — — eidem monasterio rationabiliter sunt collata: fundus, in quo situm est ipsum monasterium cum suis officinis et cum omnibus suis attinentiis, agris, siluis, pratis, aquis, aquarumque decursibus cum tribus molendinis et aquis ipsorum; Novmiz cum attinentiis suis et molendino in eadem uilla et omni utilitatis prouentu, quinque lagenas ab inferiori parte uille Michelfdhorp cum attinentiis suis; Gorizg cum attinentiis suis et stagno adiacente, Radele cum attinentiis; Zvine cum attinentiis eius; due partes uille Gotiz cum attinentiis suis; Detift cum attinentiis suis et aqua obule, in quantum terminos eiusdem uille contingit; Priscere cum attinentiis suis et tribus lagenis in stagno Szvilov; vachovve cum attinentiis suis et medietate stagni, quod uille goliz et vvachovve interiacet; wellenewode cum terminis suis; windeschen Tornovve cum terminis suis; Duo prata, unum in terminis uille wida, aliud in terminis uille decift; Quinque modii falis maioris mensure in Brandeborg. Hic etiam duximus exprimendam eam libertatem, quam illustrissimi principes, fundatores eiusdem loci, tam bonis quam personis eiusdem monasterii per instrumenta publica contulerunt: Omnis familia eorum a theloneo prorsus erit libera et exempta, bona eorum nullius secularis persone aut cuiusquam diuitum aut potentum iurisdictioni erunt exposita aut subiecta, scilicet aduocatiis, expeditionibus, prouinciali placito aut burewardo, sed prefati monasterii fratres ius plenum in eis et absolutum prorsus habentes ab omni secularium strepitu sequestrati suis utilitatibus prouideant etc. —

Nach dem Orig. der Königl. Universitäts-Bibliothek zu Berlin. Der übrige Inhalt der zu Anfang und besonders dem Ende stark verlegten Urkunde ist nicht mehr zu entziffern. Wegen der Zeitbestimmung der Urkunde geben die B. X, Seite 190 mitgetheilten Notizen genügenden Anhalt.